



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CLI. Markgraf Ludwig vereignet einen Hof mit 2 Hufen Landes im Dorfe Groß-Swechten dem Bürger Ebeling zu Stendal behufs Verwendung zum Seelenheil seiner Vorfahren, am 12. Oktober 1343.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

uimus, tunc hec littera prefens vim non habebit. In hujus testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa in anno domini M°. CCC°. XLIII°. octava Michaelis.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarchives No. 78.

CL. Markgraf Ludwig vereignet Grundstücke und Hebungen in Swarzerhage und Belkow zur Stiftung eines Altars für das Seelenheil eines unter markgräflichem Geleite getödteten Bürgerjohnes aus Stendal, am 11. Oktober 1343.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Penfantes merores, turbaciones varias et molestias, quibus Heynonem francken, cinem in stendal, fidelem nostrum dilectum, ob discreti viri filii sui bone recordacionis quondam nobis dilecti occisionem hoc anno in merica Ratnow per crudeles tyrannos eidem sub sinceri ducatus nostri fiducia proch dolor illatam, grauiter perplexum fore notuimus, quas per cuiusdam retribucionis altissimo creatori placabilis refusionem nitimur speciali misericordia moti gracioso vt expedit animo mitigare, in salutem et perhennem memoriam anime, eiusdem heynonis franken filii appropriauimus altari, in quorumcunque sanctorum honore dedicari aut in quacunque ecclesia parrochiali ciuitatis stendal discreti viri heyno francke predictus et Nycolaus Bizmark, fideles nostri dilecti, idem altare locare voluerint, VIII mansos curie Swarzerhage adiacentes ad tot choros annuorum reddituum et in Belkow in curia Arnoldi schonermark III mansos ad sex choros eorundem reddituum deputatos cum omni iure sine precaria et sine seruicio quolibet personali et reali, nec non in singulis suis pertinentiis prenotatis mansis et curiis ex iure uel ex debito pertinentibus eidem altari perpetuis temporibus sine inquietacione qualibet pertinentos presentibus decreuimus appropriare, Renunciantes omni iuri, actioni ac impetitioni, que nobis, heredibus et successoribus nostris competebant vel competere possent in premillis mansis et curiis aliquid in futurum, Volentes eciam vt perhennis memoria animarum magnificorum principum marchionum Brandenburgensium bone recordacionis predecessorum nostrorum, nostre, heredum et successorum nostrorum uelud anime prenotate peragatur feliciter in eodem. In cuius etc. Datum Stendal, anno predicto (M°. CCC°. XLIII°.), sabbato post francisci.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. C.

CLI. Markgraf Ludwig vereignet einen Hof mit 2 Hufen Landes im Dorfe Groß-Swechten dem Bürger Ebeling zu Stendal behufs Verwendung zum Seelenheil seiner Vorfahren, am 12. Oktober 1343.

Nouerint etc. Quod nos etc. Intuentes salutiferam discreti viri Ebelingi, filii quondam Ebelingi, cuius nostri in Stendal, fidelis dilecti, intentionem, quam pro salute anime progeni-

torum suorum, sui et heredum suorum nititur laborare, appropriauimus eidem suisque veris et legitimis heredibus ob iugem et perhennem anime eorum memoriam curiam cum duobus mansis in villa magna swochin sitam, quam vel quas idem ebelingus a petro Godekini ibidem comoranti sua parata pecunia comparauit, cum omni Jure et proprietate, summo et infimo iudicio, cum omni seruicio quocunque nomine censeatur, cum omni precaria omnique decima minuta vel maiori necnon XII solidis denar. censualium in villa Belkowe sitos, a Johanne quondam dicto Clot per eundem comparatos, sic quod idem aut sui heredes predictos videlicet mansos, curiam et denarios censuales in pios diuini officii vsus, ut diuinus cultus magis augeatur, dirigant et convertant et cuicunque loco ecclesiastico pro elemofinis prenotatos redditus pretactus Ebelingus aut sui heredes applicare maluerint et deputare decreuerint, eidem loco septactos mansos, curiam et denarios censuales cum singulis suis pertinenciis appropriare presentibus decreuimus perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet perpetue, libere et pacifice pertinendos, Volentes etiam, ut memoria perpetua animarum magnificorum principum marchionum brandenburgerum bone recordationis predecessorum nostrorum in eodem loco de eisdem elemofinis feliciter peragatur. Renunciantes omni iuri, accioni ac impetitioni, que nobis, heredibus ac successoribus nostris competebant vel competere possent in premissis aliquo modo in futurum. In cuius Testes decka, Swartzburg, Bombrecht, Lochin, milites, et ger. wolf. Datum Stendal, anno domini M^o. CCC^o. XLIII^o, die dominico ante festum beati galli.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. CVI.

CLII. Markgraf Ludwig verzeignet einem Altar in der Pfarrkirche des Dorfs Borchagen zwei Hufen im Dorfe Beke nebst Hebungen daselbst und aus der Mühle des Dorfs Garditz, am 18. Dezember 1343.

Ludovicus etc. Singulis etc. Ob diuine remunerationis retributionem ac iugem et perhennem memoriam magnificorum principum marchionum brandenburgerum bone recordationis predecessorum, nostri, heredum et successorum nostrorum, necnon ad instantem requisitionem honeste matrone Relicte rudolfi, pie memorie quondam nobis dilecti, appropriauimus altari ecclesie parochialis in villa Borchagen de nouo plantande in honore beate Marie virginis gloriose et beati Joannis ewangeliste dedicando duos mansos in villa Beke sitos annuis temporibus XL modis filiginis soluendos, quos Lüteke heynike a nobis tenuit et possedit, et in molendino ville garditz XXX modis filig. situatos presentibusque decreuimus appropriare perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet pertinendos, Renunciantes omni Juri, actioni ac impetitioni, si predicta plantatio complebitur, que nobis, heredibus ac successoribus nostris in premissis redditibus competebant vel competere possent aliquo modo in futurum. In cuius etc. Testes dux de decka, wolffsteiner, hufener, pincerna, Lochin et ot. de helbe, milites, cum ceteris. Datum Stendal, anno domini M^o. CCC^o. XLIII^o, feria V. ante festum beati thome apostoli.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. CX.